



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

1 Pensio Ecclesiastica beneficialis quid sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- 57 Iurisdictionis defectus potest etiam opponi contra tres sententias conformes, & 59.
 58 Iurisdictionis defectus opponi potest, etiam si partes ante sententiam expresse consensissent, quod iudex incompetens sententiaret, & iurassent non dicere de nullitate.
 60 Executio litterarum reservationis pensionis Ordinarii locorum, vel alii in dignitate ecclesiastica constitutis committitur.
 61 Legatii, & Nunci Apostolici in prima instantia nullam habent jurisdictionem.
 62 Delegatio in unam personam facta sine subdelegatione in alteram transferri non potest.
 63 Exceptio grandinis sterilitatis, & siccitatis contra pensionarium quandoque opponi potest.
 64 Exceptiones falsitatis, quietationis, & solutionis tantum contra obligationem cameralem opponi possunt.
 65 Iuramenta illicita Papae auctoritate possunt irritari.
 66 Exceptio compensationis habet vim solutionis.
 67 Liquidum cum illiquid non compensatur.
- 68 Pensio imposita super beneficio alia pensione onerato, nulla de ea in litteris facta mentione, est nulla.
 69 Exceptio non purificata conditionis contra litteras reservationis pensionis opponi potest.
 70 Appellatio à sententia super solutione pensionis lata, quando absque clausula fine retardatione solutionis pensionis admittatur.
 71 Valor beneficii, quomodo probari debeat.
 72 Exceptio solutionis pensionis impedit executionem.
 73 Pensio pluribus modis extinguitur.
 74 Pensio, an sine consensu Papae extinguit possit.
 75 Pensio in temporalitate consistit.
 76 Exceptio parti de ulterius non petendo, equipollit exceptioni solutionis.
 77 Excommunicationis exceptio in quaunque parte litii opponi potest.
 78 Excommunicationis exceptio etiam coronam judice seculari opponi potest.
 79 Excommunicatus, & publice declaratus à iudice, est à limine judicij repellendus
 80 Exceptio defectus clericatus impedit executionem litterarum reservationis pensionis,

QUIA in beneficiorum collatione pensiones plerunque solent reservari, ideo non immerito pensionum tractatus hic sequi debet.

Et primò, quoniam pensionis verbum pluribus convenit, de quibus per Navarr. in conf. 52. de prab. lib. 3. part. 1. num. 6: aliis omissis de pensione ecclesiastica beneficiali differam, quæ aliis diffinitionibus prætermisssis † est jus non temporale, sed spirituale, aut illi annexum, non

antecedenter, ut ius patronatus, sed dependenter, aut consequenter instar beneficii, Navarr. in manual. confess. c. 23. n. 111. & in dict. Conf. 52. eod. n. 6.

† Dicitur enim pensio, a pendo, quia formaliter pendet a beneficio, ex quo extrahitur, sicut usus fructus à proprietate, ut in cap. final. de pignor. cap. possessiones, 16. q. 1. & Gig. de pens. q. 1. n. 9. Quomodo autem, & à quibus reservetur, & executio litterarum impediatur, quæ exceptio-

Kk 3 ceptio-